

bas, & sine parabola nihil loquutus est illis,  
 ut compleretur quod dictum fuerat per Pro-  
 pheta, qui ait: Aperiā in parabolis os meū,  
 eructabo abscondita à constitutione mundi.  
 Cui apprime concinit Tertullianus lib. IIII.  
 aduersus Marcione, Nec forma (inquiens)  
 sermonis in Christo noua, cùm similitudines  
 obijcit, cum quæstiones refutat. De LXX.  
 uenit psalmo: Aperiā, inquit, in parabolam  
 os meum. id est, similitudine. cloquar proble-  
 mata, id est, edisseram quæstiones. Et mox  
 ibide indicat cur similitudinib. usus sit Chri-  
 stus. Consentanea scribit & Origenes capite  
 in Matth. decimotertio: Nam si turbis lo-  
 quebatur in parabolis, & sine parabolis non  
 loquebatur eis: cæterū ubi uenerat in do-  
 mun, nō loquitur turbis, sed accedentibus ad  
 ipsum in ea discipulis, perspicuum est, non esse  
 parabolas quæ in domo loquutus est. His e-  
 nim qui foris sunt loquitur per parabolās, &  
 quib. non est datū scire mysteriū regni cœlo-  
 rum. Dixerit igitur aliquis: Si non sunt hæ pa-